HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



80

corde. Qui tamen sibi adsumunt auctoritatem ut seu
dexteram doceam seu sinistram idem siue bona siue mala
nolim discipulos ratione discutere sed
se precessores sequi. tunc hi qui prius decei
piebant nequaquam ultra ad eos ualebunt accedere
postquam senserint intellect[us]. Porro iuxta hebraicum
et facilis et uera explanatio est. Cum enim dns credentib;
dederit panem artum et aquam breuem. nequaquam ultra
facie auolare ab eis illum qui docet hominem scientiam sed
semp uidebunt oculi ei preceptorem suum et aures illius uer
bu postergum monentis exaudient atq; dicentis. Hec uia
recta est ambulate in ea. neq; ad dexteram neq; ad sinistram.
sedm illud qd alibi legit. Nec ad dexteram nec ad sinistram
declinatis. uia regia gradiemur. In utraq; enim
parte quicquid sup modum est. et de dextris par
ub; dic. Ne sis iustus multum. De sinistris autem qd in hedo
et impereuntum parte ponantur. nulla dubitatio est.
Et contaminabis lamminas sculptilium argenti tui
et uestimentum conflatilis auri tui. et dispergis ea sicut
immundicia menstruate egredere dicis ei. Lxx. Et con
taminabis idola de argentata et deaurata comminues
ea. et dispergis sicut aquam menstruate. et sicut stercus abicies
eam. Cum intellexeris uentate et decipientes adte nac
cesserint. oculi tui uiderint preceptorem tuum. et aures
tue semp audierint. hec uia ambulate in ea. neq; ad
dexteram neq; ad sinistram. Et omnes errores et idola ac
similitudinem uentatis. que artifex lingua compo
suerat in splendore eloquentie. quo interpretatur
argentum et in ratione sapientie sonat. Comminues